# Prouerbia

266

Abõminatio dñi est oĩs arrogans·etiam
si man⁹ ad manũ fuerit·non ẽ innocens.
Initiũ vię bonę facere iusticiã: accepta ẽ
apud deum mag̃ q̃ immolare hostias.
Misericordia ꝛ ỽitate redimit̃ iniq̃tas:
ꝛ in timore dñi declinat̃ a malo. Cũ pla
cuerint dño vię hoĩs: inimicos q̃ꝫ ei⁹ con
uertet ad pacẽ. Melius est paꝝ cuꝫ iusti
cia: q̃ multi fructus cum iniquitate. Cor
hoĩs disponit viaꝫ suã: ꝫ dñi est dirigere
gressus eius. Diuinatio in labijs reg̃·in
iudicio non errabit os eius. Pondus et
statera iudicia dñi sunt: ꝛ opera eius om
nes lapides sęculi. Abominabiles regi q̃
agunt impie: qm̃ iusticia firmat̃ solium.
Voluntas regum labia iusta: q̃ recta lo
quit̃ dirigetur. Indignatio regis nuncij
mortꝫ: et vir sapiens placabit euꝫ. In hi
laritate vultus reg̃ vita·et clemẽtia eius
quasi imber serotin⁹. Posside sapiaꝫ. qꝛ
auro melior est: ꝛ acq̃re prudentiaꝫ·quia
preciosior est argento. Semita iustorum
declinat mala·custos aĩę suę seruat vitã
suam. Contritionem p̃cedit superbia: et
añ ruinam exaltabitur spũs. Melius est
humiliari cũ mitib⁹: q̃ diuidere spolia cũ
superb. Eruditus in ỽbo reperiet bona:
et qui sperat in dño beatus est. Qui sapi
ens est corde·appellabitur prudens: et q̃
dulcis eloq̃o maiora reperiet. Fons vitę
eruditio possidentis·doctrina stultoꝝ fa
tuitas. Cor sapient̃ erudiet os eius·ꝛ la
bijs eius addet gratiam. Fau⁹ mellis cõ
posita ỽba· dulcedo aĩę sanitas ossium.
Est via q̃ videtur hoĩ recta: et nouissima
eius ducunt ad mortẽ. Aĩa laborant̃ la
borat sibi: qꝛ compulit eum os suuꝫ. Vir
insipiens fodit malũ: et in labijs ei⁹ ignis
ardescit. Homo peruersus suscitat lites:
et verbosus separat p̃ncipes. Vir iniqu⁹
lactat amicum suum: ꝛ ducit eum p̱ viaꝫ
non bonam. Qui attonitis oculis cogi
tat praua: mordens labia sua p̱ficiet ma
lum. Corona dignitat̃ senectus q̃ in vijs
iusticię repietur Melior est patiens viro
forti: ꝛ q̃ dominat̃ animo suo expugna
tore vrbiũ. Sortes mittunt̃ in sinum; sed
a dño temperantur.

XVII

Melior est buccella sicca cũ gau
dio: q̃ dom⁹ plena victimis cũ
iurgio. Seru⁹ sapiens dñabit̃
stult̃ filijs: ꝛ int̃ fratres hereditatem diui
det. Sicut igne p̱bat̃ argentum·ꝛ aurũ
camino: ita corda p̱bat dñs. Mal⁹ obe
dit linguę iniquę: ꝛ fallax obtemperat la
bijs mendacib⁹. Qui despicit pauperem
exprobrat factori eius: ꝛ qui in ruina lęta
tur alterius: non erit impunitus Corona
senum filij filioꝝ: et gloria filiorũ patres
eoꝝ. Non decent stultuꝫ verba cõposita
nec principem labium mentiens. Gẽma
gratissima expectatio p̱stolant̃: quocũq̃
se vertit prudent̃ intelligit. Qui celat de
lictum quęrit amicitias: q̃ altero sermone
repetit separat fęderatos. Plus proficit
correctio apud prudentem: q̃ centũ pla
gę apud stultum. Semper iurgia querit
malus angelus aũt crudelis mittet̃ ꝯtra
eum. Expedit mag̃ vrsę occurrere raptis
fętibus: q̃ fatuo confidenti sibi in stulti
cia sua. Qui reddit mala pro bonis: non
recedet maluꝫ de domo eius. Qui dimit
tit aquam caput est iurgioꝝ·ꝛ anteq̃ pa
tiatur contumeliaꝫ iudicium deserit. Et
qui iustificat impium ꝛ q̃ condemnat iu
stum: abominabilis est vterq̃ apud deũ
Quid p̱dest stulto habere diuitias: cũ
sapientiã emere non possit? Qui altã fa
cit domum suã quęrit ruinam: ꝛ q̃ euitat̃
discere incidet in malum. Omni tempore
diligit q̃ amicus est: et frater in angustijs
comprobat̃. Stultus hõ plaudet mani
bus suis: cũ spopõderit p̱ amico suo Qui
meditat̃ discordias diligit rixas: ꝛ q̃ exal
tat os suum q̃rit ruinaꝫ. Qui p̱uersi cor
dis est non inuenit bonum: ꝛ q̃ vertit lin
guaꝫ incidet in malũ. Natus est stultus
in ignominiã suaꝫ: sed nec pater in fatuo
lętabitur. Anim⁹ gaudens ętatem flori
dam facit: spirit⁹ tristis exiccat ossa. Mu
nera de sinu impius accipit: vt peruertat
semitas iudicij. In facie prudentis lucet
sapientia: oculi stultorum in finibus ter
rę. Ira patris filius stultus: ꝛ dolor mr̃is

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0529
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG